Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

tauerunt filiae regum in honorato uo, filiae quidem regum. filiae apostolorum
sed in honorato uo. quasi semen illius suscitauerunt fratri suo; Ideo ipsos quos
suscitauerat fratri suo. paulus eum uidere et currere ad nomen suum exclamauit; Nunquid paulus pro uobis crucifixus est. quod, quidem iam lex. habeat natus
nomen defuncti; habeat inquit natus nomen defuncti defuncto nascatur defuncti
nomine appellatur; seruat hoc legitimum paulus uolens appellari ex nomine
suo reuocat; Nunquid paulus pro uobis crucifixus est. Addefuncto respicite;
Numquid paulus pro uobis crucifixus est. Aquidergo quando illos generasti quid
si nomen tuum illis inposuisti. aut in nomine pauli baptizati estis; Delectauerunt te filiae regum in honorato uo; Tende seruate. In honorato uo. hoc est.
habere uestem nuptialem; Illius honorem illius gloriam quaerere; Intellege
etiam filias regum ciuitates quae crediderunt in xpm. a regibus conditae sunt.
et a domib: superbis elatis; filiae regum delectauerunt te in honorato uo
quia quaesierunt honorem patrum suorum sed quaesierunt honorem tuum;
Ostendatur mihi roma in honore tanto templum romuli. in quanto ibi ostendo
memoriam poeri; In poeri quis honoratur. nisi ille defunctus pro nobis;
sumus enim xpiani. non poeriani. et si natus pro fratrem defuncti. tamen cognati
nomine defuncti. ; pullinati redillinati; Ecce roma. ecce kartago
ecce alia ciuitates. filiae regum sunt et distauerunt regem suum in honore
ipsius. et ex omnib: fit una quae dicitur regina; Quale carmen nuptiale.
Ecce iste cantica hilaritatis plena procedit et ipsa sponsa; sponsus enim muniebat
ipse describebatur; Illuerat omnis intentionis eius procedat et ista;
Adstitit regina a dextris tuis; Quae a sinistris pro regina; Stabit enim quae dicitur
et a sinistris cuidictum. uade in ignem aeternum; A dextris autem stabit cuidictum.
Uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi;
Adstitit regina a dextris tuis in uestitu de auro circumamictaui uarietate;
Uestitus reginae huius quis est. et pretiosus est. et uarius est; sacramenta
doctrinae in linguis omnibus uariatur; alia lingua africe. alia sirice.
alia greca. alia hebraea. alia illa et illa faciunt istae linguae uari
etatem uestis reginae huius; Quomodo autem omnis uarietas uestis in uni
tate concordat. sic et omnes linguae ad unam fidem; In uestis ista uarietas
sit. scissura non sit; Ecce uarietatem intelleximus de diuersitate lin
guarum. Aue stem intelleximus propter unitatem; In ipsa autem uarie
tate aurum quod est ipsa sapientia quae lib et sit uarietas linguarum unum
aurum dicatur. Nediuersum aurum. sed uarietas de auro; Eandem quippe